

qz rationem diligenter cognoscas, nō enim temere huiusmodi variationem exposuimus. Atqz hoc esto vnius capitis descriptio.

Alterius vero talis. Quadratum similiter constitues vt supra monui faciens rectorum laterum prius. a. posterius. b. Sed transuersorum superius esto. i. inferius. k. Hoc quadratum primum perpendicularibus lineis insignies, poneqz vnā ab. a. ductā retro. E. 1. 1. quae sit. c. Haec tanget extremam pupillam et intimas nases. Iterum duces retro ab. a. E. 2. 1. 2. lineam. d. haec supercilia desinet, et super lineā. f. intimum mentum. Oculorum autem anguli iuxta tempora terminabuntur in medio. c. d. Iterum pones retro ab. a. E. 4. 1. o. lineam. e. Haec attinget aurem vbi e temporibus enascitur, iuxtaqz illam sinciput rādicit latus. i. Iterum duces lineam. f. retro ab. a. E. 5. 1. o. Haec terminabit aurem. Eū pones lineam. g. proisus a latere. b. E. 1. 1. o. haec tanget ceruicem, describetqz commissuram occipitiū cum ceruice. Transuersas autem paralellos vt diximus sic facies. Ab transuersa. i. deorsū E. o. 1. 8. ponatur alia transuersa. l. haec tanget verticē iuxta pependicularē. g. Iterum pones infra. i. lineam transuersam. m. E. 1. 1. 4. haec tanget radicem capilli supra frontem. Postea diuides. m. k. duabus lineis. n. o. in tria aequalia spatia. Linea quidem. n. transibit per supercilia et summam aurem. Sed linea. o. tanget innum nasum et aurem. Juxtaqz hanc occipitum in ceruicem insidet. Eritqz hinc collum densum vsqz ad guttur. E. 4. 1. 6. Iterum duces lineam. p. infra. n. E. 1. 1. o. Interqz. p. n. totus oculus comprehendetur et anguli stabunt in medio. Iterum pones lineam. r. supra. o. E. o. 1. 5. haec tanget summam narium eminentias, at ima auricula peculiariter exprimitur intra. r. o. Iterum pones lineam. s. supra. k. E. 1. 1. o. Haec tanget summum mentum. Tum diuides. o. f. lineā. t. per medium, haec transibit per mediam buccam. Atqz ita et duas obliquas duces. Vnam ex angulo perpendicularis. c. et transuersae. i. ad angulum perpendicularis. a. et transuersae. o. Alteram vero ex angulo perpendicularis. a. et transuersae. n. ad angulum perpendicularis. c. et transuersae. k. Supra priorem deducetur frons intra. m. n. Infra autem nasus, intra. n. o. Juxta alteram exprimitur labrum, bucca, mentum. Atqz ita omnibus partibus rectis lineis notatis, tum deinceps formam capitis inscribes, ita vt nos subiecto exemplo declarauimus. Neqz ignorandum similiter posse omnium membrorum mēsuraciones singulatim exquiri de eorū altitudinibus. vt. exempli causa. Ponatur crus a medio genu ad innum talum, haec erit altitudo. de hac exquires latitudines, vt verbi causa. Suram facies latam parte vna. 4. altitudinis, huiusqz quartae dimidium duces per talos. Ita vt dixi arbitrio tuo facere in singulis membris et exacte omnia exquirere licebit.

Atqz hic esto finis libri secundi, consensurationum rectorum formarum. Vbi a lectoribus veniā petere libuit erratorum si qua forte in picturis exemplorum occurrerint. Neqz enim nos celaturae vitia, neqz typosum ligneorum deprauationem praestare aut cequum aut vitium nostrarum fuit. Sed de scriptura tamen poterint et illa emendari quam boni studio et diligentia qz emendatissime curauimus edi, correctis inter relegendum excusorum peccatis. Lector bonus et cequus gratam vt spero operam nostram acceptamqz habebit, malignos et obrectatores non curat vt Graeci aiunt Hippoclidēs.

